



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XXX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

## XXIX.

**D**IETKIRCHII sancto agone migravit in cælum, illustri nata genere *Irmentrudis de Milendunck* eius loci *Antistita*, innocentiae, beneficentiae erga pauperes, ac reliquarum virtutum, dum vixit, luce radiare visa est. Inedia illi longa & constans, asseres lectulus; totaque in amore Dei ita erat, ut crebro suspiraret: *Deus meus & omnia. Deus se tibi, tu te Deo.* Morti vicina *Veni mi Iesu!* inquit, *dulcissime ut devincta tibi, à te nullà aeternitate avellar.* Dixit & vixit. Tumulum proprio in Templo invenit. *Ex Necrologio.*

XXX.

**A**LVISGRANI in Monte S. SALVATORIS, annua lux B. STEPPONIS Presbyteri, qui ita modestè, piè religiosèque versatus est, ut à DEO præcipuà dote ad id munus delectus videretur, qui femineum sexum ad regularum perfectam observantiam animaret, affirmabant ( qui illum pernoverant ) ipsum Deo semper adfuisse, ac velut in beata vita in terris versatum, omnibus omnia factum, insigni sibi commissarum animarum lucro, *Vir qui multum edificaret, destrueret nihil.* *Ex loci Necrologio.*

N 2

XXXI.